e A differentia argumentum ducitur quando per differen
tiam aliqua reſ ſeparantur ut uergiliuſ non diomediſ
equoſ non currum cerniſ achilliſ.

S A contrariiſ argumentum ſumitur quando reſ diſcrepanteſ
ſibimet opponuntur ut terentiuſ. Nam ſi illum obiurgeſ
qui uitae auſilium tulit quid facieſ illi qui dederit damnum aut malum.

Z A coniunctiſ autem fideſ petitur argumenti cumque ſingula
infirma ſunt ſi coniugantur uim ueritatiſ adſumunt ut quid
accedit ut tenuiſ ante fueriſ quid ſi ita auaruſ quid ſi ita audax quid ſi
ita eiuſ qui occiſuſ eſt inimicuſ. ſingula haec quia non ſufficiunt idcirco
congregata ponuntur ut ex multiſ iunctiſ reſ aliqua confirmetur.

H Ab antecedentibuſ argumentum ē quando ex hiſ quae priuſ geſta
ſunt comprobantur ut cicero pro milone cum non dubitauerit aperire
quid cogitauerit uoſ poteſtiſ dubitare quid fecerit praeceſſit enim
praedictio ubi eſt argumentum & ſecutum eſt factum.

A conſequentibuſ argumentum eſt quando poſita re aliquid ine
uitabiliter conſequitur ut ſi mulier peperit cum uiro concubuit.

I A repugnantibuſ argumentum ē quando illud quod obicitur ali
qua contrarietate deſtruitur ut cicero dicit. iſ igitur non modo a te
periculo liberatuſ ſed etiam honore ampliſſimo ditatuſ argui
tur domi ſuae te interficere uoluiſſe.

IA A cauſiſ argumentum eſt quando ex conſuetudine communi reſ